liqua contingēta rei sc̄itur. Quoz vnu dic̄ contingēs rarū qz raro
contingit vt fodientē reperire thesaurū. Aliud contingēs idifferēt vt
ambulare. ¶ Subiectū modalū fere accusatiū est casus. Predicā
tū infinitū adiuncto modo vbiq ponat/ sive in principio vt possi
ble est hominem currere/ sive in medio vt hominē possibile est curre
re/ sive in fine vt hominē currere est possibile. ¶ Licet sophiste modū
in medio positū putēt facere diuisam ppositionē. Docti vero semper
cōpositā censem̄t et seruat/ etiā si modū in medio ponat. Quātites su-

mis a subiecto sicut in alijs categoricis. Qualitas a p̄dicato. De qua
rum oppositione Petrus hispanus aliquot versiculos edidit

Primus amabimus est. edentulique secundus

Tertius illiace. quartus purpurea dictus

Prima subest quarte vice particularis habens se

Hac haber ad seriem selege secunda sequentem

Tertius est quarto semper contrarius ordo

Sit tibi linea subcontraria prima secunde

Tertius est primo contradictorius ordo.

Vognat cum quarto contradicendo secundus.

Primus sc̄z
ordo siue p̄
ma linea est
amabimus.

Quidam aut̄ subiectū modaliū esse actū et verbū simul. ut hominē currere. p̄dicari vero modū tātū ut possibile est. Et oēs quidē equipollere q̄ sunt eiusdē anguli in figura: non tū. oēs opponi ceteris/ nec esse eiusdē qualitatis. Nā in amabim⁹ et edentuli duas priores af- firmari/posteriores negari. Ecōtrario in illiace et purpurea priores es- se negatiwas reliquas affirmari. Singulas primi ordinis cōtradice- re singulis tertii ordinis. Et vbi tres fuerunt ynuersales quartam oportere singularē esse et cōtra. Sed miror eos adeo cecutire ut non videant equipollere nō posse que diuerse sunt qualitatis. Qd̄ etiam mod⁹ p̄dicari non sit/satis patet. Primo q̄ mod⁹ dicit adiacens rei determinatio tā nominali⁹ et adverbiali⁹ sūmpt⁹ ut hō necessario spi- rat et hominē spirare necesse est. At sicut necessario nō est p̄dicatum/ ita nec necesse. Item si modus esset p̄dicari deberet in conuersione fieri subiectū. Sed nemo sic verit hominē currere est possibile ḡ pos- siblē est hominē currere sed ita. Hominē currere est possibile ḡ quod dā currēs possibile est et sic hominē. Postremo. Latine dicit cōtingit hominē currere. Non latine contingit homo currere. q̄ verbū imper- sonale non admittit suppositū. Quod est ergo subiectū/qd̄ p̄dicatum hū⁹. Cōtingit hominē currere. Neutrū habet expressum sed v̄tuq̄ implicite. cū sensus sit contingit ut homo currat. Nam sicut contingit non est p̄dicari ita nec possiblē nec reliqua. Modaliū igit̄ qualitas non a modo tātū: sed a verbo infinitivo dependet adiuncto modo de- terminante. Et sicut in hac modali⁹ homo necessario spirat. spiratio concretiū p̄dicat de hoīe. sic etiā in ista. hominē spirare necesse est. cum sensus vtrobiq̄ sit idem.

Primi ordi-
nis amabim⁹

¶ De hypotheticis.

Propositio hypothetica duabus constat catego-
ricis. Eius tres dicuntur species. Copulatiua.
Disiunctiua. Conditionalis. Copulatiua est, cuius par-
tes copulat cōiunctio copulatiua. ut cicerō disputat &

Tractatus quartus

milo defenditur. Disiunctiva est cuius partes copulat cōiunctio disiunctiva, vt oīs affirmatio vera est aut falsa. Cōdionalis est cuius partes copulat si, quia, & eius modi. vt Si hō est, aīal est. Ad veritatem disiūtū sufficit alteram partem esse veram. Ad veritatem cæterarū oportet utramq; partem esse veram.

Hypotheticus
suppositi
tus.
Copulativa
hō est artus.

Disiunctiva
seruit arti.

De pseque
nīs bonis et
lis.

Que forma
lis et bona
psequentis.

Regula scm

Dhypotheticus latine → suppositi². Propō igī hypothetica supponit aliquid. Qd causa sit cōsequētis. Usi et una mī proprie species hypothetica est. s. conditionalis q̄ est causalis sine rationalis →. Relique nō sunt pprie. Quarū copulativa neq; doctrinalis est neq; ad logicen respicit sub qua continent multe vt localis. Scdm illud. Ubi ego suz illic et minister me⁹ erit. Tē poralis vt. Q̄ si infirmor tūc fortior sum et potens. Similitudinis vt Dispono vobis sicut dispositus mihi p̄ meus regnū. Relativa vt Bea ti mortui qui in dīo moriuntur. Q Disiunctiva nō nihil ad disciplinam spectat. Hac utimur in syllogismis cornutis vt Aut pie viuis aut impie. Si pie, persecutionē pateris. Sin impie, ye tibi est. Q Porro cōdionalis ad artē maxime pertinet. Quis altera pars ex altera necessario sequitur si recte argumētatis. Usi cōvenit hic nosse qd psequentialia q̄ si bona q̄ si nō bona. Q Consequētia est ex antecedente psequentis illatio. Q Subsequētia bona est q̄ si necessario sequitur psequens verū ex antecedente vero. vt hō est igī et aīal est. Consequētia mala est q̄ si nō se quis necessario cōsequens verū ex antecedente vero. vt aīal est igitur et homo est. Et gñaliter illa consequētia non valet cui⁹ antecedens superius est psequētē vt si dicas. Quidā mouet ergo currit. Hō enim multipliciter moueri et tñ nō currere. Q Subsequētia bona dividunt qdā in materialē et in formalē. Materialē vocant non valētē semper in simili forma. vt Bene (inquit) sequit. Hō currit ergo deus est sed in simili forma nō sequitur. Hō currit ergo aīlū est. Et ego satis mirari ne que o stultitiam eozū/q̄ humanū cursū/divine credant essentie causam esse/quasi deus esse non possit nisi hō currat. Materialis certe hoīes qui hāc materialē effixerūt. Tu vero contēne fabulas istas. eāq; qui dicunt Ad impossibile sequi quodlibet. et ad quodlibet sequi necessarium. vt homo est lapis ergo deus est eternus ergo mouetur celum ergo sentit animal. ergo baculus stat in angulo. Et cetera que ad disciplinam etiam (ip̄sis testibus) ne applicari quidem possunt. Omnesq; consequētiā exstima formalem et bonam / vbi ex antecedente necessario sequitur consequens vt; socrates est igitur et homo est. Homo disputat ergo et animal disputat. Omne animal est substantia ergo quedam substantia animal est. Item si homo non sentit ergo nec animal sentit. Sed nullum animal absq; sensu est ergo nec homo sensu caret. Nā regula generalis est. Quoties ad antecedens sequi-

tur consequens toties ad consequentis oppositum/sequitur oppositū antecedentis. Quidam exēpium. Si hō est immobilis ergo et aīal est immobile. Sed nullum animal immobile est, igitur nec vīlus homo est immobilis.

Obiectiones in contrarias.

Opponens

He sunt cōtrarie simul vere. *Omnis asinus est bestia/ et nūl
lus asinius est omnis bestia.* R. Non sunt contrarie quia
non eiusdem predicati. oppo. *Iste sunt eiusdem subiec-
ti et predicati/ omnis homo currit nullus homo currit et
tamen simul vere.* Respon. Nego simul veras. Opp. Probo per casuz
quo mares sedant et feminis tantum currant. Resp. In illo casu non
sunt magis contrarie q̄ iste. *Omnis homo currit nullus equus currit
quia licet sint eiusdem subiecti et predican. voce non tamen significa-
to quod semper presupponitur in omni disputatione.* Alioquin labora-
tur in equinocis. op. Saltem iste sunt contrarie simul vere. *Omnis
apostoli sunt duodecim et nulli apostoli sunt duodecim.* Respon. Di-
stinguo. *Si capis omnes distributie/ affirmatio falsa est.* Si capis
collective non sunt contrarie quia tunc prior indefinita non vīlis. op.
Ibe sunt eiusdem subiecti et predicati simul vere. *Omnis leo rugit
nullus leo rugit.* R. Nego simul veras. op. Prior est vera per regulā
generale quia tale p̄dicatū dicit aptitudinē ad actū ut siue leo rugiat
actu siue non semper tamen aptus natus est rugire. Altera etiā vera
est casu quo null⁹ actu rugiat. R. Sic quidē vere sunt/ sed nō vniuo-
ce si altera intelligat de actu et altera de aptitudine. op. *Iste sunt cō-
trarie/ vterq; istorum currit et neuter istorum currit, et tamen non sunt
eiusdem subiecti.* R. Implicite sunt eiusdem subiecti. Nā sensus prio-
ris est. *Omnis demonstrati currunt scz duo.* Sensus alterius. Nulli
demonstrati currunt. Subalterna prioris est aliquis istorum currit.
Eius contradictoria est. Aliquis istorum non currit.

Obiectiones in subcontraria.

Opponens.

Iste sunt subcontrarie simul false. *Cuiuslibet ho-
minis est bestia et asinus cuiuslibet hominis non est bestia
ergo lex carum falsa.* Quia nullus asinus ostēdi potest qui
sit cuiuslibet hominis. Similiter altera ostenditur falsa per
regulam equipollentie/ cuiuslibet non quasi nullus. Nam sicut falso
est nullus hominis asinus est bestia ita cuiuslibet hominis asinus nō
bestia. Respon. Hec proprio sophistarum sunt quibus nihil ferme
familiarius est cuiuslibet hominis asino. Hi primo falluntur putantes
quilibet signum esse vīle cum sit particulare iuxta vallam in dialecti-
cis. Secundo falluntur ponentes differentiam inter asinum cuiuslibet
hominis et cuiuslibet hominis asinum. Errant tertioq; putat sem-
per equipollere omnis non et nullus.

Tractatus quartus

Igitur ad argumentum dicitur negativa tantum falsa. Etiam si quisbet accipias vniuersalit. Nam sic bene sequitur. A sinis omnis hominis est bestia ergo huius hois et illius. sc. Nec oportet ut alius vniuersit omnium. op. Ille sunt particulares opposite qualitatibus. Aliquis homo est animal aliquis homo animal non est et tamen non sunt subcontrarie quia predicati vtriusque tenetur particulariter. R. Licet in negativa animal pcedat negatione/negatur tamē et vniuersaliter ac cipitur. Et consequenter sunt subcontrarie. op. Saltem hec simul falsa sunt. Aliquis homo omne animal est et aliquis homo omne animal non est. R. Affirmatio tantum falsa cuius contradictria vera. Nullus homo est omne animal. Nam teste philoso. nulla affirmatio vere est cuius predicati sumitur vniuersaliter. Cuius ratio est. Quia si unus homo esset omne animal ergo unus homo esset hoc animal et illud animal et sic de aliis quod est impossibile. Et hoc etiam notandum est predicatum sive precedat copulam sive sequatur semper tamē sequi intelligitur ab autoribus. Eundemque sensum facit. unus homo omnis homo est et unus homo est omnis homo.

Objectiones in contradictorias.

Opponens

Iste sunt contradictione simul false. Omnis homo est omne animal et aliquis homo omne animal non est. R. Affirmatio tantum falsa. Nam predicatum eius vniuersaliter sumitur/sicut subiectus. Et sub utroque descenditur copulatio ut hic homo est omne animal et ille homo est omne animal quod est falsum/etiam quoctue casu dato. oppo. Si falsum est hoc animal est omne animal/casu quo plura non sit ergo falsum est quod hic sol est omnis sol. R. Admitto similitudinem. op. Sed hic sol si non est omnis sol ergo sunt plures. R. Nego consequentem. Nam magis oppositum sequitur. Quid unus sol non est multi sed unicus. op. Possum ne recte dicere. Omnis sol lucet. R. Recte si tamen accipias omnis prototus/ut auctores interdui accipiunt. op. Accipio distributum. R. Memo de uno tantum supposito loquens sic accipit nisi barbarus. op. Non eculo de barbaria. Nos logici bene consueuimus loqui barbare/ responde potius vtrum ne vera sit an falsa. R. Tu magis hoc dicito quid barbara calles. op. Probo veram per contradictoriam eius falsam aliquis sol non lucet. R. Hecce est illa distributio tua. op. At nimirum virges monne possum dicere. Hic sol lucet et ille/ et sic de aliis ergo omnis sol lucet. R. Que hunc et illum ostendis. op. Semper eundem Verba tantum multiplico. Et hoc sufficit nobis. R. Cur ergo non sis simpliciter. Hic sol lucet. idem non lucet. op. Ut ostendam quid ex arte possim. R. Ut fabulam te (non dico rabulam) facias que enim ars est semper ridicula dicere. Cur non audis aristotelem in primo de celo De duobus non dicimus omnes sed de tribus. Nam velis nolis plura significas si distribuis. op. Ledo vel inuitus. et ad subalterna progrediuntur que miror a te preterita sine lege. Que talis est. Uniuersali existente vera particularis est vere. R. Omnia parum conducebat artem. Quis enim nesciat ex vniuersali vera sequi particularerem veram.

Petrus hi-
spa. et valla

Aristoteles
et omittitur
subalternas

In subalternas. Opponens.

Iste sunt subalterne. *Omnis homo est ois homo et ali quis homo est omnis homo quarum vniuersalis vera et particula-
ris falsa.* R. Nego vniuersale esse verâ. op. Probo dupli-
citer. primo per boetium dicetem Nulla p̄dicatio verio et illa
qua predicitur idem de seipso. Deinde per inductionem. ut hic homo est
hic homo et ille homo est ille homo et sic de aliis. Ergo ois homo est
omnis homo. R. Non predicitur idem de seipso. Et predicit vniuer-
sale de subiecto distributo. Similiter inducitio non procedit. Nam de-
cendum erat hic homo est omnis homo. tc. Et tunc sicut consequens
est falso ita et antecedens. In conuersionem opponens.

Boetius.

Bene sequitur *Omnis homo est risibilis/ergo omne risibi-
le est homo.* Et sic vniuersalis affirmativa tam bene couerti-
tur ut negativa simpliciter. R. Licet propria couertuntur
non tam alia ostensione enim sequitur ois homo est aial ergo
omne aial est ho. Itaque quod geniale non erat non opus erat ponere. op.
Hinc est vniuersale solum couerti per accidentem. Ut nullus homo
est lapis ergo aliquis lapis non est homo. R. Potest quidem sed parum
spectat ad arte/ideo cum philosopho pteruumus. op. Particularis ne-
gatio tam bene couertitur simpliciter ut affirmatio. Nam bene sequi-
tur. Aliquis homo non est lapis ergo aliquis lapis non est ho. R. Qua-
uis bene sequitur in illis quorum predicata nunc insunt subiecto non
tamen in aliis. ut ostendit philosophus in analyticis li. pri. ca. i. s. Non
enim sequitur Aliquod aial non est homo ergo aliquis ho non est aial.
op. Indefinita et singularis couertitur simpliciter. Ut homo est aial
ergo animal est homo. Simon est petrus ergo petrus est simon. quo-
rum hic nulla sit metio. R. De particularibus et indefinitis idem est nu-
dicum. Singulares a disciplinis alienae sunt. op. Si de particularibus
et indefinitis idem esset iudicium/bene sequeretur. homo est nomen
ergo nomen est homo. R. Nego consequentiam/quia in omni ysu logi-
co presupponitur eadem acceptio terminorum quod hic non facis.
Nam prior accipitur materialiter. Altera personaliter.

Aristote. in
analyticis

Nota. bñ.

Tractatus quintus de locis dialecticis.



Escripta Propositione restant
loci dialectici. id est disputâdi
materie. Restant et formæ qui
bus in disputatione et ysu pro
positionis opus est. Locus dia-
lecticus, argumētorum sedes
est. Argumenta sunt rationes,

Si

ixx.9 Tractatus quintus

que rem prius dubiam disputando certam faciunt.

Becete locus dialecticus sedes sue armariū dicitur in quo totius argumentationis materia velut thesaurus quidam repromitur ad communem vsum disputantius. Sicut enim edificator primum materiam congerit ad edificandissimam sputator ex locis argumenta surrit ad disputandum. Omneni enim disputandi materiam loci continent. Quare si quod thema propositionum fuerit primum ex locis pete quid dici possit: deinde forma syllogistica vel alia quelibet forma profert in medium quod inveneris. Totu[m] eni[m] vis invenzione in locis est e quib[us] ceu fontibus oratio dicitur. Qui ne se[nt] rem per locos describere bene argumentari non potest.

Locorum nomina sunt, etymologia, definitio, genus, species, differetia, proprium, unitus, sale, magis commune, coniugata, totum, partes, materia, forma, efficiens, finis, effectus, generatio, corruptio, locus, tempus, signa communiter accidetia, autoritas, simile, proportio, minus, maius, par opposita, dispara-
ta, diuisio.

Alii plures/alis pauciores enumerant. Alii alios dialecticos/ alios oratores tribuunt. Alii/omnes omnibus communes iudicant. Quod et ipse sentio. Licet non neficiam dialecticos certis et necessariis operam suam libentius impendere/oratores vero et iuriis interpretes eis maxime incumbere probabilibus.

Abetymologia ducuntur argumenta tripliciter. Primo nominis interpretatione ut ciuitas est consensus ciuium. Consensus igitur ciuium, ciuitate constituit. Secundo nominis cognominatione, ut humana[re]s homini maxime propria. Humanitatis igitur artes ei vel maxime appetend[ur]. Tertio, nominis translatione ut super aspidem et basiliscum fideles ambulant ergo satanam pede conculcant.

BEcum nature ordinem sequitur. quisquis ab etymologia locos ordit[ur]. Que certaina vocis reddit significantiam ne sub equivo[ci]is laboretur. Hec alibi finitio nominis appellatur. Que teste friso fit tribus modis Interpretationes:

etymologia
enō rei. atq[ue]
finitio noīs
p[ro] eodē acci-
piuntur

Et inter domus instrumēta pecunia ponitur quia pecunia instruitur
domus Lognominatioē quam greci vocant ~~in avaro lap~~ vbi similitudo nominis rei diuersam cōplicetur ut humanitasque proprie
significat humanam naturam minus autem proprie ~~traditio~~ id est
eruditioē . Et sic artes humanitatis sunt artes liberales. Trans
latione siue metaphorā ut apud nasonem. Quis enim celauerit ignē
Lumine qui semper u proditur ipse suo. Ignem pro amore posuit.
Hēinde ex lumine argumentatur tanq; de vero igne dixerit. Et dis
bolus in sacris dictus est aspis et basiliscus. Solent quidam ab
interpretatione sic accipere quasi oporteret aliquid de alia in altam
linguam interpretari et horos in montem vertere Sophias (inquit) sapientia dicitur. At sapientie studendum est igitur et sophie. Quod
q; puerile sit hinc patet q; eo modo nihil aliud rei infertur q; si vo
cem eandem repeatas. Sapientie studendum est ergo sapientie studē
dum est. Quare merito miratur agricultor. Quid ipsis in mentem ve
nerit. ut hunc locum et intra substantiam poneret cum apud omnes
gentes rerum eadem sit substantia nomina vero diuersa.

Rodolfus
agricola fr̄is
suis.

ps. 90.

terps idem est
qd mons.

rodolf.agri.
li.j.ca.xpus.

A Definitiōē ad definitum hoc modo dicitur ar
gumentum. Bonum affectum deus homini tri
buit ergo virtutem tribuit. Mundi domina nullum ha
buit affectum malum ergo nullum habuit viciū. Et
cōtra, qui virtute p̄dictus est, affectu bono p̄dictus;
Baptista dominivicio caruit ergo malum affectum nō
habuit.

D Efinitionem bimembrem supra diximus. essentialē et
accidentalē. Ab utraq; dicitur argumētū. Ab essen
tiali sic. Bonus affectus ergo virtus est. Ab accidentali
sic H̄ste fabrozū princeps est ergo dedalus alter. Et con
tra. id est a definito ad definitionem / ut Lulex animal est ergo sentit

A Genere ad speciem negative tantum, ut Larius
non est avis. Ergo non est fulica. Corpus non
est quantitas: ergo nec superficies. Temeritas non est
virtus ergo nec fortitudo.

H Is tribus exemplis patet modus argumentandi a gene
re ad speciem. Sensus autem exemplorum est iste. Lari
us non est fulica / quia larius non est avis, sed lacus nouico
mensis de quo catullus ita canit.

Catullus,

Tractatus quintus

Ver onam veniat noui relinquans
Lo mi menia lariumq; littus.

Fulica vero auis alio nomi ne dicitur larus non larius. Corpus non est superficies quia corpus non est est qualitas sed virtus. Temeritas non est fortitudo qd non est virtus. Fortitudo autem virtus est.

A Specie ad genus argumenta per affirmationē sūt, vt gobio pīscis est igitur & animal. Nullum corpus superficie caret, ergo nec quantitate. Nenī mortalium deest color ergo neq; qualitas.

Exemplis his probatur qd gobio sit animal quia pīscis est. qd omne corpus habeat qualitatēs habeat quia colorem habet. Sic ubi fortitudo laudatur virtus laudatur quia fortitudo virtus est. Ubi prodigalitas vituperatur virtus vituperatur qd prodigalitas vicium est. Ubi laurum predicasz arborem predicas. qd laurus arbor est.

A Differentia sicut a definitione ratiocinamur ut Si quod animal rationis est particeps, hominem id esse necesse est. Quod autem irrationale est. id bestiam esse conuenit. Cum nondum esset homo rationalis anima non erat.

Terrā brūtā vocat flācūs.

Hoc loco quēadmodū definitionis vtēdū. Ad spēm/ a spē a differentiam tū affirmatur tū negatiue. vt Si qd rationale nascitur/hō nascitur. Si quod animātiū expers rationis est/id bestia sit oportet. Solent nonnulli dicere/ brutum sit oportet. Dividentes animal in hominem & brutum quasi oē/ brutum sit animal. Cum terra quoq; bruta dicatur apud flaccum, li. 5. car. ode. u. 5. Quo bruta tellus et vaga flumina. Cum nōdūm esset hō/ scilicet quinq; diebus p̄mis/ non erat alia rationalis. Alter & male/ creditit origenes contra catholicam fidem.

A Proprio ad eius subiectum sicut a differētia ad speciem argumentamur. vt Si quod animal hīnire natum est, ipsum equū esse necesse est. Si quod disciplinę capax, hoc hominem esse constat. Et contra. Si

Ieo non est neq; quod rugiat animal est. Si nullus est philosophus nulla cum virtute cura scientiae est.

Sumitur hic proprium latius q; in predicabilibus scilicet quidquid rerum et proprie cognatarum discrimina facit ut quo prodigalitas a liberalitate differt quo temeritas a fortitudine liberalis pia et recta intentione bona sua indigenti distribuit. Prodigus neq; pietate curat neq; rectitudinem/ sed indiscretè praeueq; prodigit. Fortis studet animo preparato patiēter aduersa ferre. Temerarius inconsultus et preceps agitur.

AByniuersali ad particulare sic argumētamur Visus est pceptiuus omnis coloris igitur & albedinis. Omne corpus animatum vivit cōsequenter & arbores. Nullum sidus animatum est ergo nec sol nec luna.

AUniversalis est terminus communis universaliter sumptus quod nonnulli nūcupant totum in quantitate. Rectius autem in intellectu facilius dixeris. Superius respectu sui inferioris. Nullus sidus/animatum esse recte p̄dicat ecclesia. Secus olim creditit ethnico:rum fides.

AMagis cōmuni ad minus cōmune sequitur negative tantū, vt mundus non est animal: ergo non est animal egrum. Contra vero per affirmationē. vt vīnū tenue calefacit ergo vīnum calefacit.

Hunc locum quidam appellant totū in modo. Fortassis ut rem facilissimam/ difficultem reddant. In exaggerādis causis plurimum valet. vt. vero ne hominis quidem officium fecit. tantum abfuit ut boni viri officium fecerit. Facile autem est videre quid magis quid minus communane sit. Nam homo latupatet q; homo bon? Et vīnum q; vīnū tenue. Et animal q; animal sanum. Negative tantum. Non enim sequitur Paulus homo est ergo doctus homo est. Aut vīnum calefacit ergo et vīnum tenue.

Acōiugatis hoc modo fiunt argumenta. Si legere aliquid agere est. ergo & lectio alicuius est actio. Peccare non est bonum. ergo nee peccatum est bonum. Villicus prudenter egit, prudens igitur fuit.

Liberalis &
prodigo.
Fortis a te-
merario dif-
fert.

Totū iōpti
tate.

Totū in mō

Tractatus quintus

Coniugata
scđm frisiū.

Terentius.
Coniugata
scđm Lice.
et Aristotele.

COniugata dicuntur. & vocis similitudine sub viuum (quos dā modo) iugum deuencta sunt/ vt est a sapientia sapiens sapere/sapienter. Sunt autem quā eadā coniugata que fascilius inueniuntur in re quam in nomine vt virtutis/officij/ somni. Nam sicut a calore calidum sic a virtute probum/ab officio in dustrium/a sonno dormientem recte dixeris. Elegāter hoc loco Terentius usus est dicens. Homo sum/humanī nihil alienum a me puto. Hec frisiū. Cui concordat & Cicero dicens. Coniugata esse que ab uno coorta varie coniunctantur/ vt sapientia sapiens sapi enter. Aristoteles autem ista diuidit. Nam coniugata vocat viuis iugi/nomina verba participia. Casus, autem aduerbia. Licet postea concedat ad- uerbia conjugatis annumerari posse.

ATQ Toto ad partem necessariam recte sequitur
vt paulus homo est, ergo corpore constat &
anima, Sapientia ædificauit sibi domum posuit igitur
fundamētum, latera, tectum. Nabuchodonosor fuit ar-
bor, ergo radices & ramos habuit.

Totū dicitur quod suis partibus integratur. Partes aliae
necessarie sunt ad esse totius/ vt ad esse hominis necessariae
sunt anima corpus/cor et caput. Ad esse dom⁹ requiri-
runtur fundamentum/parietes & tectus. Ad esse arboris
radices/truncus & rami. Aliæ sunt partes non necessarie ad esse toti⁹
vt auris oculus nasus pedes & manus. Cancelli sera lateres. Acedul
la folia cortices. Quod autem truncus interdu dicitur arbor rece-
pta locutio est pro synecdochen. Porro Nabuchodonosor metapho-
rice dictus est arbor magnarum frondium propter magnū dominum
eius dñi. p. Aristoteles autem quilibet etiam hominē vocat arbore
sed inuersam, cuius capilli radices sint rami vero manus & pedes.

APartibus sufficienter enumeratis totū collie-
gitur, vt Quod senatiū plebiq; vicio datur,
id vniuersae reipublicæ vicio datur. Qui neq; vulgo
neq; magistratui acceptus est nem̄ ciuiū est acceptus;

Sicut ex toto partes ita etiam ex partibus simul sumptis
totū colligis tā affirmatimē & negative. Et vna autē pri-
cipali parte negata negat et totū ne fundamētū quidē
vllū est: tantū abest vt sit domus. Talem autē hic maxime
loc⁹ ad ampliā orationē. Uerborū enī copiā subministrat. Ut quē
pontifice clerū & popū vnanimiter elegerunt tota ciuitas recte dis-

citur elegisse. ¶ Sic caput / os / ventrē / reliqua deformatis mēbris fuisse
dicis esopus totus & deformatis / totus monstrū fuit.

A Materiā & formā rarius argumēta ducuntur,
vt Siferrum non est, nec ensis ferreus. Si ter
ratione est rotunda non habet globi speciem,

H Is duo loci quis parū seruat argumentationi plurimū tñ
seruant rerū cōparationē / vt scyphus argenteus stanneo
preciosior est. Sic Menalce poculo sagino preferunt mē
nelai crater aureus.

A Causa efficiēte ad effectū vt sol ortus est ergo
dies est. Traianus non genuit non igitur natus
est ei filius. Nemo ædificat nullum ergo fit ædificium.

E T hic locus exerceat copie vel ap̄tissimum est. H̄poteſet
autem cuiq̄ rei causam assignare p̄priā. H̄c enī recte col
legeris. Faber est & dominus est. Aut edificans est & dominus
fit. P̄t̄est enim aliquot edificium fieri & tñ nō fieri domū.

A Causa finali plurima argumēta ducuntur,
quod omnium rerum & actionum certus sit
finis propter quem fiant vt Naturaliter homines scire
desiderāt, insister igitur vt aliquid sciāt. Omnes volūt
esse beati; beatitudinis ergo media diuersa sectantur.
Hostiles insultus præcauent ciues quapropter urbem
muniunt.

Q uid diligentēr attēderit vidēbit oīo in rerū natura nihil
ociosum esse / sed oīa ad certum & p̄priū finē a sapientissi
mo conditore mūdi esse disposita. Unde & scriptura iob
quinto dicit. Mihil in terra fit sine causa. Manus ad nauis
gādū. Curris ad conuēndū / equus ad equitādū. Quantū propter
scientiā laborem? in se quisq; satis experit. Porro beatitudinem ab
oīb; appeti nemo qui nesciat. Sed vñnam nemo quoq; quid ipsa sit
ignoraret. Latrones / fures / adulteri beatos se putant si quod deside
rant consequantur. At non ita se res habet. Sed beati quoq; remisse
sunt iniuriantes & quorum tecta sunt peccata.

A B effectib; ad causas sic argumētamur. Ad ma
teriā. Scyphus liquitur nō est igit ligneus. Ad

Tractatus quintus

formam Volubilis est globus ergo rotundus. Ad effi-
cientem dies est ergo sol ortus est Ad finē. Currit mer-
cator ad indos. ergo peregrinis mercibus delectatur.



Iecut positis causis ponuntur effectus sive cuenta: sic
effectibus habitis/ causam prefuisse perspicuum est Hā
calceus futorum fuisse cōutneat/litorem partes murus
latomum/fabrum culter. Sic monēdi sunt tyunculi/
vi cuiusq; thematis rationem et causam diligenter at-
tendant. Locos a generatione et corruptione. themi-
stius ponit. Cicero non ponit. Boetius effectibus ascribit. Exem-
pla generationis dari solent. Assuefactio ad virtutem bona est. ergo
virtus bona. Exempla corruptionis. Lessare avicis bonum est ergo
viciū non bonum. Desuescere a virtute malū. virtus igitur non ma-
la. Accipiunt autem hic generationem pro cuiusq; rei acquisitione.
Corruptionem pro desitione.

A Loco et tempore necessaria argumenta sumū
tur, vt deus semper et vbiq; prēsens est ergo
nunc et hic prēsens est. Clodius non violauit romē sa-
cra bonē deę. Tempore enim sacrorum non sui romē,
sed interannę.

Roma. x.

A Argumentis a loco et tempore: plena sunt autorū scripta. Ex
tempore. sanctus paulus arguit iustitiam non haberi ex operi-
bus legis sed ex fide vbi abrahā fuisse iustum ante circūcisionem do-
cet. Ex tempore coniunctur volumē illud non esse pamphili in quo
scribitur. Nunc sermo est de origene qui vtiq; apud homines defun-
tus est. cc. Cum mors pamphili plus annis octodecim/origenis mor-
tem precesserit. Quia de re in libris contra defensores origenis la-
tius scripsimus.

A Signis cōmuniter accidentibus, partim necessa-
ria, partim probabilia argumenta petuntur.
Necessaria, vt Plāta succrescit. Ergo viret Vinea fert
vuas ergo floruit Ista peperit ergo concepit. Probabi-
lia, vt Qui iam dudum insidiatus est. Et nūc armatus
incedit verisimile est adhuc īsidiari. Qui clam sepelit,

Clamq[ue] profugit videtur homicidij esse reus.

Probationes apud fabium alie sunt inartificiales ut que a rumore/a testibus/a tormentis/a tabulis.id est scriptis educuntur. Alie artificiales ut que signis sunt et argumentis signa duplicita sunt. Nam alia necessaria / ut Arbor fructificat ergo flount. Alia non necessaria probabilita tamen. ut Olum milom clodius insidiatus est/quare probabile est et nunc insidiari. Inermis milo/clodius incedit armatus / ergo videtur adhuc insidiari. Clam sepelit et profugit/cedit igitur apparuit reus

Fabius qui
tilianus

Auctoritate sic argumentamur Amo nunc
pyrrichius nunc iambus apud poetas est alte
ram igitur breuem alteram communem habet syllabam
Scriptura dicit Os quod mentitur occidit animam, er-
go mentiri peccatum mortale est.

Sapiē.i.

Locus hic in imis tantu[m] et sumis habet firmitatē id est in grāma-
tica et theologia In ceteris frequentissime nutat et claudicat.
Non enim sequit[ur]. Aristoteles ait mūndū eternū, ergo mūndus eternus
est Sed bene sequitur. Poeta variat priorem in cacus ergo commu-
nis est ea syllaba. Item recte sequitur Christus ait datā sibi omnem
potestate in celo et in terra/est igitur omnipotens. De infinita auto-
ritate dicit sanctus augustinus Grammatici docent īfinitatem syllaba-
rum iuxta auctoritatem maiorū/nihil aliud habentes qui d dicant. De
lūmā dicit idē. Lelū tonat/rane rāceat. Q[uod] dixit veritas hoc est verū

Mathe. 28.

S.augusti.

A Simili sic argumētamur Qualis resurrexit
christus & christiani resurgēt Sed christus re-
surrexit īmortalis, igit & christiani resurgēt īmortales

Similitudinis plena sunt omnia. A simili disceptabat cesar cum
similibus suis deferuram ineditatibus seipsum terre/milites her-
bis comparans. Q[uod] herbe terram decorat hoc habent a terra Quā
si deferant statim marcescūt Ipsa vero facile nouas gignit. Ita si me
reliqueritis/ id vestro dāno/non meo sicut. Mā sicut terra propter suā
fecunditatem cito noua grainina suscipit. ita cesar ob diuinias/ nouos
milites. Locus a simili ad vincendum minus aptus/ad docendum
vero benevolū auditorem aptissimus est. Quippe lapidissime pa-
tes spatiandū. Adeo ut triginta septē species eius enumeret clau-

frisins.

Claudi⁹ cā-
tiuncula.

Tractatus quintus

dus cautiuncula, notis autem satis fuerit vel quatuor explicare. A
proportione/a minore/a maiore/a pari.

eri. i ethicis

H propositio sic argumentamur. Sicut ad re-
gimen natum non omnes idonei sunt: ita
nec ad regimen virium. Quare ut iudicio leguntur re-
ctores nautum sic & virium magistratus.

D Reportio hec est quedam habitudinis ad habitudinem
comparatio Philosophus in ethicis. Quod oculus in ea
parte hoc mens in anima. Sicut se habet cecitas ad oculū
ita se habet ignorantia ad intellectum. Sed cecitas viciat
oculum ergo et ignorantia intellectum.

H Minore sic fit argumentum. Si medaci⁹ reus est
mentitus semel, magis ergo reus est qui sepe
mentitur.

Luce. xi.
Luce. iii.

Ex minore colligitur malus affirmativus: ut Si hoc gram-
maticus persuadere potuit quanto facilius id persuasisset
cicer⁹. Si vos cum suis malis (dicit dominus) nostis bona
data dare filiis vestris quanto magis pater uester celestis
de celo dabit spiritum bonum patentibus ser. Si gaudium est an celo
super uno peccatore conuerso multo amplius super multis. Si iugis
christi tam leue est ut parvuli ferre possint quidni ferant viri?

¶ri. ioan. j.

Micronym⁹
Augustinus
contra pela-
giū.

H Maiores sic ducitur argumentum. Si nequerunt
apostoli carere peccato multo minus potuit cas-
rere pelagiū. Et colligitur ex maiores minus.

Ex epistola sancti joannis didicimus quid apostoli de se sen-
serint. Si dixerimus quia peccatum non habemus nosip-
sos seducimus et veritas in nobis non est. Ex libris au-
tem sociorum Hieronymi et Augustini contra pelagium
quid ipse dicere possumus. Possum sine peccato esse si volo. Quid
ais miser⁹? Tu ne potes quod apostoli non potuerint? Aliud exem-
plum ad rom. viiiij. Qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit illum quomodo non omnia simul cum illo donavit.
Qui totum de dit. parte negabit.

H Pari que pena debetur patricide de be⁹ et mas-
tricide Sed summo cruciatu dignus est qui pas-
treū occiderit igitur & is qui matrem interfecit.

Dicitur inquit cesarius sicut eiusdem operitatis Tameisi par interdum pro simili capiamus: ut Si laudis demosthenem cur non et tullium cum alteri par sit? Nam tantus hic in arte persuadendi quantum illus. De quibus et alibi legimus peripuit tibi marce tulli demosthenes ne sis primus. Tulli ne solus esset orator.

A B oppositis necessaria fiunt argumenta, ut
Qui pater est alicuius, non est eiusdem filius.
Qui clare videt non est cecus. Qui niger est, non est
albus. Si verum est omnem hominem appetere scien-
tiam, ergo falsum aliquem non appetere.

Relative.

Primitiae.

Contrarie.

cōtradictio.

Oppositorū quatuor esse species ante diximus. Horū altero quolibet affirmato alterū negari necesse est. Ut si quis dominus est vnu non est eius de seruus. Si surdus est non audit. Si niger est non est albus. In huiusmodi autē contrariis que medium habent non sequitur antecedente negato. Non est albus ergo niger. Potest enim alterius esse coloris. At recte sequitur Non ergo sanus est.

A Disparatis ita ducitur argumentum. Homo species animalis est ergo non est genus. Solis ortus est causa diei non est igitur ortus lunæ.

Disparata vocamus que sic distant ab alterutro ut tamen nullo dictarū quatuor oppositionū genere opponantur ut laurus est arbor ergo non est animal. Concha sentit non est igitur lapis. Sonus non videtur non est ergo color. Albedo qualitas est ergo non est substantia. Nam ita inter se distat: ut alterutro verificari non possint.

Disperata
quid sit

A Divisione sic argumentamur. Coruus est colostratus. Sed nec albus est nec medio colore particeps, ergo niger. Albus est hominis predicable, sed nec genus eius nec species nec differentia nec proprium quare necesse est ut eius commune sit accidens.

Onus divisione fit vel per negationem vel per sufficientem membrorum enumerationem. Exemplum prius: ut Omne animal

Tractatus sextus

pedes habet aut nō habet. Et exemplum posterius. vt oē animal aut
sanū est aut egrum. ¶ Qui hoc loco vtunq; aut recta ratione cōtēdit/
aut ad impossibile ducit/hoc mō. Tēp⁹ habet originē vel nō habet.
Si nō habet ergo est eternū. Si habet & fuit quādo nō fuit tēp⁹. At
fuisse tēporis significatio est. Fuit igit tēpus quādo non fuit temp⁹.
Quod est impossibile. Nullū ergo principiū tēporis per cōsequens
eternū est. Sed hoc facile solvit. Quia licet fuisse sit significatio tē-
poris/nō cū soli tēporis sed etiam eternitatis. Sicut de eterno deo
scriptū est. Qui est/qui erat/ & qui ventur⁹ est. ¶ Et hec de locis quo
ad satus esse putau. Quorū alios intrinsecos/ alios medios/ alios ex-
transcos quidā nuncupat. Quia neq; de ordine eoz neq; de numero
distinguendo inē se consentiunt. Alij hanc distinctionē oīo non ponūt
merito. Nā labor hic magn⁹/ rfruct⁹ null⁹. ¶ Maximas quoq; (quas
vocat) sciens prudensq; p̄teris. q; nihil ad rē faciat nisi q; lectorē disti-
uent & impedimento sunt ne proficiat. Quā in re securus sum cicero-
nē/aristotele & alios doctissimos q; cū exakte de locis scriberent: nul-
la eaz mētione fecerūt. Siue enim maximas noveris siue nō noueris
propterea nec magis nec minus doct⁹ haberis apud doctos. Tmo fa-
ciūs/ illis omīlis locos intelligēs. Ut latissime declarat Rodolhus
agricola frisi⁹ libro primo capi. xxvii. Luius liber secundū hoc habet
exordiū. Demosthenes arguit athēnenſes & post acra cōsulerēt. Taz-
les nostri dialectici p⁹ formāt syllogismū dcunde q̄runt locū &c. Idē
in tertio. Si nostri seculi philosophs queritur & arguitur & notandū
quinto/ & tenet consequentia in baroco/demas/destitutos prorsus vi-
debis &c. Nos qđ reliquū est formas argumentationū aggrediamur.

¶ Tractatus sextus de formis argumentationum.



Rgumētationum forme sunt
quinque Syllogismus enthy-
mema inductio exemplum &
sorites. Syllogism⁹ est talis co-
ordinatio duarum propositiō-
num vt ex eis aliud necessario
consequatur. Ipse autem pro-
positiones et tribus fiunt vocabulis, maiore, medio, &
minore Medium bis sumitur in quolibet syllogismo.
semel cum maiore, & iterum cum minore ipsum vero

causa conclusionis est Conclusio autem est thema quod libet, ut deus summe diligendus est.

Sylogismus raciocinatio et epicerema pro eodem accipi solent. Quem enim dialectici syllogismum vocant. Cicerus rationationem Fabius epicherema nuncupat. hoc est sententiam quo aggredimur probare thema. Omnis enim conclusio thema est. Itaque primo omnium thema quodlibet animo concepero/ verbigratia Deus summe diligendus est. Deinde medium id est causam inquire, quā igitur predicato thematis. Et erit ppositio maior hoc est prior. ut Summum bonum, summe diligendum est. Deinde eadem causam igitur subiecto thematis. Et erit ppositio minor: id est posterior ut Deus summe bonus est. Ex his necessario sequitur conclusio sive thema iam probatum. Ergo deus summe diligendus est. Aliud thema mundus prouidentia regitur. Causa et medium quo probatur est: quia ordinatissime administratur. Nam sic ordinatissimum. Quidquid ordinatissime regitur prouidentia regitur. Sed mundus ordinatissime regitur: ergo mundus prouidentia regitur. Aliud thema. Clodius iure cesus est. Hoc sic per causam sive medium proba. Quiuscum vis repellit debuit iure cesus est. Clodius vis repellit debuit ergo Clodius iure cesus est. Occisor clodii molo fuit/ quem tullius excusat et defendit egregie. Bonenati sunt pueri ut exemplo ciceronis discant ornare syllogismos cultu rhetorico/ ne ieiuno dicendi genere sterilescent.

Sylogismorum tres figuras enumerant. In prima figura medium syllogismi, subiectum est maioris & praedicatum minoris. Modis sunt quatuor Barbara Celarent Darij. ferio

¶ Bar-	Omne animal mouetur	Universalis affirmatio.
ba-	Omnis homo est animal.	Ergo
ra	Omnis homo mouetur	
¶ Cez-	Mullus lapis sentit	Universalis negatio.
la-	Omnis adamas lapis est.	Ergo
rent	Mullus adamas sentit	
